UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina Evangelica De Meditatione mortis

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Manasses omnium peccatorum maximus. lij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-46214

Visual Library

*ctúſque eſt ſermo Domini ad Eliam, dicens: Quoniam reueritus eſt Achab faciem meam: non inducam malum in diebus eius. Vnum ſcelus Achab & IeZabel: tamen conuerſus ad pœnitentiam Achab, pœna differtur in poſteros: & IeZabel in ſcelere perſeuerans, præſenti iudicio condemnatur.*

## MANASSES OMNIVM PECCATORVM MAL.

CAPVT LII. MANASSES *Rex abominationes fecit peſſimas,*
*ſuper omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum.*
4.Reg.21. *Inſuper & ſanguinem innoxium fudit multum nimis,*
*donec impleret Hieruſalem vſque ad os: abſque peccatis ſuis, quibus peccare fecit Iudam vt facerent malum coram Domino. Atque hic tantus peccator, poſtquam catenis & compedibus vinctus abductus eſſet in Baby-*
2.Paral.33. *lonem, orauit Deum ſuum, & egit pœnitentiam valde coram Deo patrum ſuorum: deprecatuſq́ eſt eum, & obſecrauit intentè: ea profectò fiducia, vt gratiam Dei planè ſibi vendicaret, ſic orans: Indignum ſaluabis me,*
Adam.Saſbout.Hom. in Dom.2. Quadrag. *ſecundum magnam miſericordiã tuam. Quid eſt gratiam Dei ſibi vendicare, ſi non hoc eſt? Et vnde huic fiducia hæc? Certè ex promiſſionis diuinæ conſideratione: id enim indicat Orationis ipſius contextus. Tu, inquit, Domine ſecundum bonitatem tuam promiſiſti pœnitentibus remiſſionem peccatorum. Hac promiſſione inuitatus flecto genua cordis mei: facio quod requirit promiſſio: quare ſaluabis me ſecũdum magnam miſericordiam tuam, id eſt, ſecundum Bonitatem qua miſericorditer promiſiſti pœnitentibus remiſſionem peccatorum. Exaudiuit autem orationem eius Dominus: & reduxit eum in Hieruſalem. Hunc peccator, quiſquis es, pœnitendo imitare: attende diligenter Promiſſiones diuinas: in his ſeriò mentẽ exerce, vt concipias fiduciam.*

VIRI

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN